



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens quatuor Tractatus  
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine decimusquartus, de  
Iuramento, & Adiuratione. Secundus, de Voto. Tertius, & charior Authori,  
de statu Religioso. Quartus, de vitiis oppositis Religioni

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

An acquisita per simoniam debeant restitui. punct. 26.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76572](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76572)

niam obtentos non esse ipso iure restituendos: siquidem habito iure ad beneficia, & in fructus haberet: & ita tradit Suarez lib. 4. de simon. c. 58. num. 8. Per sententiam autem priuari potest illis fructibus, non quia non percepit sunt ex beneficiis post commissum delictum, sed qui potest ei imponi pena pecuniaria pro delicto simoniaco: sicut & pena corporalis, quando delicti gratuas id postulaverit: sententia autem cōdemnatoria in fructibus ad ipsos fructus terminari debet. Neque sufficit, si sit condemnatoria, priuativa beneficiorum, & intelligamus ad fructus perceptos extendi; si quidem sunt res omnino distincte, ut recte Suarez c. 58. num. 8. verum Rebuff. de pacificis possessionib. n. 265. & prae beneficiis, sicut de modis amitt. beneficiis, n. 33. & legg. & Bernard. Diaz in praef. c. 135. exsuffiant priuari posse fructibus perceptis, de beneficiis acquisitis ante simoniam, quasi retrotraheendo priuationem beneficij, ut in hizeticio, iuxta e. evng. secundum leges, de hereticis in 6. Sed quod diximus est probabilius.

6. Infero secundum, electum, vel praetentatum committentem simoniam pro confirmatione, non obitate eius electionem, vel praesentationem, non factam annulari: & tradit Lessius lib. 2. c. 5. dub. 25. num. 138. & Suarez lib. 4. c. 58. num. 6. & colligitur ex e. confirmationem de electione in 6. vbi non censetur prior actus iuritus ob irrationem posterioris. Per sententiam autem venit irritanda electio illius qui pro confirmatione simoniam commisit: ut tradit Vgolin. tab. 4. c. 6. n. 4. §. at quid, cum Felino, & aliis in c. sicut uia, de simonia. Verum si in electione, vel praesentatione simonia commissa fuerit, omnes actus subsequentes sunt irriti: quia validi esse non poterant absque illis. Non enim confirmatione valida esse potest, sine eo quod electio valida proponatur.

7. Rursus inquires: an haec simonia te constituit inhabilem ad alia beneficia obinenda? Respondeo probabilis esse iuxta Constitution. Pij V. ut ipso iure inhabilem reddi, inquit enim Pontifex: illis scilicet beneficiis per simoniam acquisiti sit ipso iure priuatus, & perpetuo sit inhabilis ad ea, & quacunque alia beneficia Ecclesiastica obinenda: & ita tradit Suarez lib. 4. c. 58. num. 11. Verum Nauar. conf. 92. de simon. existimat inhabilitatem ad beneficia obinenda ipso iure non incurti: quia in hac parte ista constitutio non est recepta, & confessit Suarez *sopra*, & Lessius c. 35. dub. 26. cum etiam respexit simonia confidentialis requirat sententiam declaratoriam criminis ad inhabilitatem contrahendam respectu aliorum beneficiorum.

8. Sed quid de penas simoniae confidentialis? Respondeo penas impositas committentibus crimen confidentialis iuxta supradicta sunt. Prima: excommunicatione Papae referuta tam danib; quam accipientibus. 2. Episcopis, & collatoribus interdictum. 3. Religatio, & collatio beneficii nulla. Inabilitas ad idem, & ad alia beneficia obinenda. 4. Recuperatur illud beneficium in quoque simonia est commissa fidei Apostolica, ita ut ordinarius non possit in illius pronostice se intronitare. 6. Fructus male percepti camere Apostolicas applicatur. 7. Priuat committentibus omnibus beneficiis, & penitentibus antea obtemperis, & inhabilitatem inducit ad alia obinenda.

Circa supradicta aduerto, has penas ipso facto incurri, ut constat ex extran. Pij IV. incipiente: *Romanum*, &c. que est 109. in Bullario; & ex Constitutione Pij V. incipiente, *Intolerabilis*, que est 87. in ordine. Excipitur tamen primo priuatio beneficiorum antea possessorum: haec enim requiri faciem sententiam declaratoriarii criminis, ut tenerit Suarez lib. 4. de simon. cap. 41. n. 13. & 14. Secundo excipitur inhabilitas ad reliqua omnia beneficia, quae erant expostulata sententiam declaratoriarii criminis iuxta receptum vnum: ita tenerit Lessius lib. 2. c. 3. 5. dub. 26. n. 147.

Deinde est notandum necesse non esse simoniam compleri ex veraque parte, hoc est beneficium datum in confidentialiter renuntiari, sed suffici, si beneficium detur ea conditione, ut dimittenti, vel alteri regnetur, ut fructus illius soluantur, & ea intentione recipiatur, ut habetur in supradictis Bullis: & norauit Lessius & Suarez *sopra*, & Nauar. cap. 33. n. 100. ver. 2. secundum nota, & Man. Rodriq. verbo simonia, c. 56. n. 7. ver. il. 2. se habet de nota.

De mediatoribus, & interventoribus in supradictis Bullis nihil expressum cautevit, quare solum ex extran. 2. de simonia, incidente in excommunicatione secundum probabilem sententiam, quando simonia ex veraque parte completetur, & secundum probabilem, quando beneficium ea conditione recipitur.

#### P V N C T V M XXVI.

An acquisita per simoniam debant restituiri?

#### S V M M A R I V M.

\* Nihil spirituale excepto beneficio debet restituiri.

2. Proponitur obiectio, & soluitur.
3. Premium receptionis ob beneficium, vel aliud spirituale, si beneficium non dedisti, teneris danti restituere.
4. Si dedisti beneficium, etiam teneris restituere ante sententiam.
5. Expenditum cui est facienda restitutio.
6. Pro alia quavis simonia receptionis non debet restituiri ante sententiam.
7. Quid dicendum in alia simonia stante iure natura.

1. Cum acquisita per simoniam in duplice differentia esse possit, alia temporalia, alia vero spiritualia. Dicendum in primis est de spiritualibus obnoxio non esse restitutio neque ex iure diuino, neque Ecclesiastico praeferre beneficia: est communis sententia doctorum, ut testatur Lessius lib. 2. cap. 35. dub. 29. & 30. in princ. Suar. lib. 4. cap. 59. & num. 28. Ratio est: quia iure diuino solum requiritur ad validam translationem rerum spiritualium potestas, & intentio in conferente, & capacitas in suscipiente. Quod autem fiat pro pretio, vel sine illo non oblatas validitati actus, ut confit in omnibus Sacramentis si pro pretio essent administrata, & in confratatione Ecclesie, altaris, & simillim. Et de professione Religionis etiam certum est, neque iure diuino, neque Ecclesiastico irritant esse proprie pretium factam, ut colligitur manifeste ex e. *veniens de simonia*. Quocirca si compares reliquias sanctorum, grana benedicta, us patronatus, liceniam eligendi confessorum pretio aliquo, non teneris ea dimittere, siquidem non peccatis contra iusticiam dando premium pro ilorum acquisitione, sed solum peccasti contra Religionem indebet traducendo res Ecclesiasticas. Solum excipiuntur ( vi dixi) beneficia, que si per simoniam realem acquiras, teneris dimittere iure Ecclesiastico ob extranag. cum detestabile, de simonia: est enim collatio irrita.

2. Officii potest e. *fu. de Paetis, c. præterea, de transactio-* nib. vbi omnis pactio, transactio in spiritualibus nullius esse momenti censetur: si igitur nullius est momenti, censetur sic acquirent rescindere contractum, & rem spiritualem relinquent. Responderit Lessius c. 35. dub. 30. n. 168. fine, tem spiritualem, quae restitui potest, esse restituendam, si premium redatur, quod pro ea datum fuit; secundum vero si premium non redatur; alias cogit vna pars rescindere contractum nulla fibi facta compensatione. Secundum tamen respondeo cum Suar. lib. 4. c. 60. n. 4. supradictos textus, & similia loqui solum in materia beneficij. Quod si velis ut loquuntur in omni materia, dicendum est loqui de pactione inducente obligationem in futurum, quae omnino est irrita, & nullius momenti, vppotè quae obligat ad malum, & peccatum, non de actione, seu traditione, qua de facto res spiritualis pro temporali do-

3. Maior est difficultas de pretio receptionis pro spiritualibus: qua ratione tenetur quis ad illius restitutionem.

Primò certum esse debet, si acceperis premium, ut conferas beneficium, vel aliud quodvis spirituale, ut teneris ad restitutionem non impleta conditione: in hoc omnes conueniunt: inò teneris restituere danti quia nullibi causum est alteri restitucionem esse faciendum: ita Caier. in summ. verbo simonia, c. 3. Victor. 2. p. relat. n. 6. Nauar. cap. 23. num. 104. Sotus quæs. 8. art. 1. Suarez lib. 4. cap. 59. num. 2. Lessius lib. 2. cap. 35. dub. 2. n. 170. Non tamen repai potest à dante propter turpitudinem admissum, vt bene Couart. ad reg. peccatum. part. 2. §. 2. num. 8.

4. Secundò certum est, ex iure Ecclesiastico premium receptionis, pro praesentatione, collatione, confirmatione, &c. beneficij debet necessari restituiri ante iudicis sententiam: ita multis relatibus docet Suar. lib. 4. cap. 60. num. 3. Lessius dub. 30. num. 169. & expressè deciditur in cap. de hoc, de simonia: vbi Glosa, & doctor. at enim Alex. III. scribens ad Tolitan. Archiepiscopum. Regem, & principes eius debes inducere, ut si quae receptoris à praef. Episcopo: ut eius electioni praefarent assentum, Ecclesie Exomensi sine diminutione restituant, cum ea sine graui sua salutis periculo retinere non possint.

5. Petes, cui debeat fieri haec restitutio? Respondeo ex iure communis faciendum est Ecclesie, in qua est beneficium, & constat manifeste ex supradict. cap. de hom. & ita docuit D. Thom. q. 100. art. 6. ad 3. Potest tamen fieri pauperibus de arbitrio superioris, ut teneri, ibi D. Thom. & Doctores: inò fieri posse pauperibus ex consuetudine recepta: teneri multa allegari à Couart. reg. peccatum. part. §. 3. n. 6. & sicut D. Thom. 2. 2. quæs. 32. art. 7. vbi dicit premium simoniacum non esse restituendum danti, scilicet elemosynas ergordum. Adiutorio ramen non videri improbabile premium acceptum pro donatione beneficij restituiri posse ante sententiam iudicis ei qui dedit post sententiam, cui index addixerit: Sic Sotus lib. 9. q. 8. art. 1. & Bannez 2. 2. quæs. 3. 2. art. 7. Arag. 2. 2. quæs. 100. art. 6. ver. ad 2. argum. pag. 115. Man. Rodriq. 2. sive sum. cap. 66. num. 4. & reputat probable. Lessius dub. 31. num. 171. & Valen.

F. 4. d. 1. 6.

*disp. 6. quæst. 16. part. 6. vers. sed queret aliquis pag. 1675. Ratio est: quia dans pretium non abdicatur à te dominium, cum non alia ratione intenderit abdicare, nisi quatenus in venditore, transferret; non transferret in venditorem, quia incapax est, maner ergo apud ipsum. Quod si dicatur Ecclesiæ priuare emptorem dominio pecunia datæ. Respondeatur, facile, hoc non fieri nisi per legem penalem, quia neminem ante sententiam re sua priuat. Trenu quia nulla est lex penalis obligans claret, ut pretium sic acceptum danegibus non restituatur. Nam esto in cap. de hoc, dicatur debere restitutionem fieri Ecclesiæ, hoc tamen videtur accipendum per condemnationem. Nam si ne illa solum inferetur debere sicut, eo quod non possit sine gratia salutis periculo retinerti.*

*6. Tertio dicendum est, pretium receptum pro qualibet alia simonia iure Ecclesiastico restituendum non esse ante iudicis sententiam quia nullo decreto habetur expelle. Ita Suan. lib. 4. cap. 60. num. 9. & 11. & Lessius lib. 2. cap. 35. sub. 30. circa finem. & constat primo de simonia ob ingressum Religionis ex extranag. sane de simonia: vbi permittit acceptum retinerti, modo in priuatum vnum Abbatum, vel Abbatis non concuratur, sed in communem vnum consentens. Neque obstat cap. veniens, de Simonia, vbi mandat Pontifex suo legato, vt Abbatem, & monachos, qui pro receptione in monasterium pecuniam receperunt, ad illam restituendam compellat: quia compelluntur ad pecunia restitutionem, dum ipse religiosus compellitus in alio monasterio deseruit. Quia tamen religiosus sic ingressus ante sententiam iudicis non tenetur monasterium relinquere, ut supra diximus: docet Suan. illo cap. 60. num. 11. sic sanè neque Abbatem, & monachos teneri pecuniam restituere ipsimet religioso, quod ideo est, quia religiosus ad aliud monasterium transiens iustum erat, ut secum pecuniam darum ferret in alimenta: dum autem in eodem monasterio manet, pulsunt Abbas, & monachi retinere pecuniam, neque tenentur restituere facere: præcipue cum restitutio iuxta illum textum ei facienda sit: qui capax non est proprietatis, dominij, sed eo ipso quod pecuniam accipere in monasterium transferenda esset. Quod si ipse religiosus sponte sua, & abesse sententia veller illud monasterium relinquere, & aliud ingredi, tunc sanè tenetur Abbas, & monachi illius primi monasterij restituere pecuniam secundum monasterio ex iure naturæ: quia ipsi non habent titulum, ob quem talem pecuniam retineant, ut pote quia onus non subeunt alendi religiosum. Adde ibi dici posse illum F. Presbyterum, ante professionem consuluisse Pontificem de conventione cum monasterio facta, alia non manducant pecunia ei restituiri, si quidem illius non erat capax facta professione. Et in hoc sensu iure naturæ tenebantur Abbas, & monachi ei pecuniam restituere. Tum quia deceptus illam dederat, putans esse de consuetudine monasterii. Tum & præcipue quia causa ob quam data fuit, pecunia adimplenta non fuit; si quidem erat profilio facta: Quapropter in nullo sensu ex hoc textu colligi potest teneti monasterium restituere pecuniam acceptam. De Simonia autem in ordine, & in aliis materiis nullum erat Ecclesiasticum ius iniuriant obligans ad restituendum preiij ante sententiam iudicis. Nam in cap. audiuius præcipitur, ut si aliquid episcopi exigerint, ut permittant in Ecclesiæ sibi subiectis clericis instituti, monachos proficeri, mortuos sepeliri, restituant duplum in utilitatem loci in cuius dispensum id factum est: sed hæc omnia intelliguntur post sententiam, ut ibi Abbas notauit cum aliis & Suan. lib. 4. de Simon. cap. 60. num. 13.*

*7. Quartu dicendum est, si secundum ius naturæ loquamur, recipiens pecuniam pro administratione Sacramenti & Sacralementium, non tenetur restituere, quia iniurias, & dispensatoribus debetur congrua sustentatio. Vnde his solum peccati in modo recipiendi; quia scilicet recipit pro se spirituali. Quare si mutet intentionem, & recipiat, aut retineat in stipendio sibi debitum, non peccabit. Quod si vltra congruentem sustentationem recipiat, tenetur restituere; quia illicitum est, & contra iustitiam.*

*Pro Sacramentalibus permanentibus, si forte ex coram datione aliquod datum patris vel corporale vel spirituale, poteris absque iniuriam (est non absque Simonia) exigere quanti in animo tuo æstimis incommode illud, v.g. Peccata te felique sancto, vel corona benedicta &c. poteris absque iniuriam pro iis pretium exigere: non enim iure naturæ obligaris hoc incommode pati: ita exprefit Lessius lib. 2. cap. 35. dub. 28. num. 158. & num. 162. esto contra tecum Suan. lib. 4. cap. 59. num. 42. probatque solum ab inconveniente; eo quod absque iniuriam posses Missam vendere distincto pretio ab stipendio proper incommodeat, quam patris priuando te illo fructu, quem alteri applicas, & alias posses satisfactio-nes proprias absque iniuriam vendere. Sed hæc omnia non multum vrgent, etiam admittantur: faciem enim effe gravissimum peccatum contra religionem hæc omnia venalia facere, non tamen contra iustitiam, ac proinde iure naturæ, immo neque Ecclesiastico obligatum te effe restituere.*

Quomodo Simoniae crimen probari possit, & Simoniaci puniantur, & condemnentur?

## S V M M A R I V M.

1. Notorietate criminis probatur.
2. Coniectura, & presumptionibus probari potest: & quales ha debent esse.
3. Qualiter sicut criminis in hoc delicto possit esse res.
4. Sententia data appellatione non suspenditur in illa, quando ipso iure pena imponitur.

1. D E iis optimè tractat Flamin. Paris. lib. 14. de resignat. queſt. 8. & 9. & seq. & Rodano. de Simonia p. 4. c. 6. Maſcard. de probat. concl. 1304. & seqq. Fatin. conf. 75. Ex illis breueri accepit.

Potius probanda venit Simonia criminis notorietate, e. de manifesta cum duobus seqq. 2. q. 1. Secundo evidenter facti, cum quis in crimen comprehenditur: cap. 5. quis Diaconus 50. diſ. cap. 5. quis clericus. 83. diſ. cap. Presbyter. 53. diſ. Tertiu ex partis confessione cap. Presbyter. 13. q. 5. cap. 5. soc. simonia. Et amplius etiam si confessio fuerit facta in iudicio criminali, ut confit ex decisione allegatis a Parvo supra num. 6. Quarto per famam. Quinto per instrumentum in quo adeſt promissio, vel pactum. cap. placuit, 16. queſt. 3. Sexto per correptionem hoc est, quando vnuus aſtū proprie-ter alium, ut si renunciasti milii beneficium, & ego confisi pensioni, vel aliam renunciationem in cuius fauorem feci coram eodem notario, testibus, & eodem die sic ut dicitur inconvenienti: tunc enim inducitur sufficiens presumptione simonia: qua ratione in cap. emendari. 104. 1. queſt. 1. prohibetur ne in baptismi manus in concham mittatur, ne sacredos quod gratis acceperit, pretio dare videatur. Quod si dies tempus fuit, non est sufficiens probatio simonia, ut multis doctibus, & decision, probat idem Paro. lib. 14. queſt. 9. & n. 9. & queſt. 20. notat notarium de instrumento Simoniaco rogat, ut non posse apponere de Simonia vigore illius instrumenti. Simoniaci per ipsum conjectat, quia detegunt suam turpitudinem.

2. Dubium tamen est, an coniectura, & presumptiones sufficiant ad probandam Simoniā? Respondeat sufficerit: ita tenet communis sententia, Abbas in cap. infra summum de Simonia, Menoch. 67. num. 7. volum. 1. probat. queſt. 9. & 27. 1. ver. sola signa Kelin, Roland, Iulius Clat. & alij quod recte sequitur Flamin. lib. 14. qu. 8. 1. Ratio est, quia Simonia: virtus inter grauitatem simonia reputatur, comparatur enim homicidio, heretici, & idololatria, in quibus per presumptiones, & coniecturas probatio fit. Debent tamen presumptiones, & coniectura esse evidentes, & reuas de crimine inconvenientes: Glosa vlt. In cap. infinitum de Simonia, debetque plene probari, ut docent omnes teste Alexand. de Neu. conf. 64. num. 2. & seq. Iulius Clatus §. Simonia in fine, & vlt. q. 20. & multis allegatis doct. Flamin. lib. 4. deroga-nat queſt. 8. num. 14. & seq. & Salzedo est supra, & Azbedo conf. 50. num. 4. cum Baldo in leg. singuli; Cod. de probationib. & facit lex 12. rit. 14. part. 3. Probatio tamen vnuus coniectura, & presumptionis non sufficiit, sed necesse est debent esse duas presumptiones cum aliis indicis integrè probante, & hoc plena facere probationem docet Abbas in capitulo loco in fine de probationib. num. 5. 6. & 7. & tradit Ildephons. de Azbedo conf. 28. num. 9. 4. Vnde qualibet presumptione, & coniectura debet esse in suo effe perfecta, & omnino inconveniens: alias nullius erit momenti. Neque iungenda sunt presumptiones, ita ut ex pluribus illegitimis probacionibus una conciliatur, taliſ teflatur Antoniuſ Gom. 1. 3. var. cap. 12. num. 18. Maſcard. de probat. 1. 1. concluſ. 1. 224. num. 13. Menoch. 67. in cap. lib. 1. queſt. 4. 6. & melius Antoniuſ, Gabriel. in conclusione suis tit. 1. de probat. concluſ. 1. per totam, & alij, quos sequuntur Azbedo conf. 30. num. 4. 3. Quocirca in coniectura, & presumptionibus, quæ apponuntur in Bullis Pij IV. & Pij V. ad probandum crimen confidentiæ conuenientiæ doctores non quamlibet ex illis ritè probatam inducere probationem evidenter criminis committi, sed qualibet ex illis ritè probata inducit presumptionem, & alij concurrentibus coniectura plenam probationem, & eruditè tradit Flamin. Parisius de confid. queſt. 37. 31. 32. 34. 49. & 77. & Garcia de benef. 1. pars. cap. 3. num. 297. & seq.

3. Secundo dubitatur, an particeps delicti possit, ut testis in hoc delicto: Huius dubitationi sufficiens talis est: statu de fide disp. 3. part. 15. ibi enim diximus in iis criminibus exceptis locum criminis admitti ad testificandum, si tamen non fuerit simul locum manens, neque criminaliter procedatur, sed solum ejusmodi, ut habeatur in cap. Mediatrix 1. da

DE  
CASTRU  
PALACI  
TON.  
III